124



Clemẽs Episcopus Seruus seruorum dei Ad futuram rei memoriam.

r Omanus põtifex,qui solet pro debito pastoralis officij alios in sua iustitia cõfouere,nõ debet suam,& apostolice sedis iustitiã negligere, quare nos ad ea debemus sollicite intendere,per que nostra,& eiusdẽ sedis auctoritas conseruetur ,& que propterea Romanis.Põtificibus predecessoribus nostris prouide processisse comperimus ut perpetuo firma,& illibata persistant libenter apostolico munimine roboramus,ac alias nostre prouisionis remediũ adijcimus prout in domino conspicimus salubriter expedire, Sane licet olim bone memorie Vrbanus Papa.VI. in sua obedientia nuncupatus concesserit certis prelatis ut in eorum ciuitatibus,& dioce.executio litterarum apostolicarum fieri non possit , nisi littere ipse eisdem Prelatis,aut eorũ officialibus prius exhibite,& per eos approbate forent ,& eorundem Prelatorum Officiales id in cõsuetudinẽ deduxissent:Aliq uero pretextu statutorum Prouincialium,seu synodalium etiã seruassent,qd nullus litteras apostolicas huiusmodi exequi auderet,nisi postq̃ Prelati seu Officiales ipsi per suas litteras,quas Vidimus seu Placet nũcupabant,mandarẽt,& concederent,ut iudices in ipsis litteris apostolicis deputati illas exequi possent: Tamen felicis recordationis Bonifacius Papa. VIIII. etiam in sua obedientia nuncupatus prouide attendẽs quod propter tales litteras Vidimus,seu Placet

nuncupatas impetrantes apostolici, sepe litterarum apostolicarum effectum consequi nequiuerant, concessionem Vrbani huiusmodi, ac statuta quecunque super hijs facta reuocauit, cassauit, & anullauit, ac decreuit quod iudices & executores quicunque in litteris apostolicis pro tempore deputati, etiam sine licentia, uel consensu quorumcunque Prelatorum, uel superiorum, aut Officialium eorundem litteras apostolicas exequi possent, & deberent: Et successiue recolende memorie Martinus Papa. V. predecessor noster in Concilio Constantien. considerans quod in exordijs pestiferi, & antiquati scismatis tunc per dei gratiam extincti ad tollendum scandala que propter executionem diuersarum litterarum, que ab hijs, qui pro Roma. Pontificibus in diuersis obedientijs se gerebant in nonnullis partibus oriebantur supradictus Vrbanus in sua obedientia quibusdam Prelatis supradictam concessionem fecerat, & quod postea ipsi Prelati, seu Officiales in consuetudinem, traxerant aliqui uero pretextu dictorum statutorum Prouincialium, seu Synodalium seruabant & seruati faciebant quod litteras apostolicas nullus exequi deberet nisi postquam Prelati, seu officiales ipsi per suas litteras, quas Vidimus seu Placet, ut prefertur nuncupabant, mandarent, & concederent, quod possent exequi per iudices in eis deputatos, propter quod executio litterarum apostolicarum plus debito plerumque retardata fuerat, & sepe ipse littere apostolice executione caruerant totaliter in grauem iniuriam sedis apostolice, & enorme impe

trantium preiudicium,& grauamen,cēſenſq; ratio
ni congruum,ut quod dicti ſciſmatis calamitas in
troduxerat,pacis tempore auferetur, conceſſionem
predictam,& quecūq; ſtatuta circa premiſſa quo
modolibet facta auctoritate apoſtolica dicto ſacro
Cōcilio approbāte reuocauit,caſſauit & ānullauit
Ac uoluit,& decreuit qđ Iudices,& executores quū
q; in litteris apoſtolicis deputati,& deputādi,& alij,
qcunq; ad quos ſpectaret necnō Notarij,& Tabel
liones ſuper hijs requiſiti,& requirendi abſq; huiuſ
modi litteris Vidimus,ſeu Placet nuncupatis,ac eti
am licentia,uel aſſenſu quorūcunq; Prelatoꝝ patri
archali,aut alia quauis dignitate inſignitoꝝ,& loco
rum Ordinarioꝝ,aut Officialium eorundem libere
huiuſmodi litteras apoſtolicas exequi deberent,atq;
poſſent,Ac eadē auctoritate decreuit omnes,& ſin
gulas ſententias,quas predicti,Prelati aut eoꝝ Offi
ciales contra huiuſmodi Iudices uel executores ſeu
impetrantes , propter executiones huiuſmodi per
eos faciendas inflixerant,& promulgauerant,irritas
& inanes, ac nullius exiſtere roboris, uel momenti
Necnon quecunq;,qui contra premiſſa aliquid at
temptare preſumeret ab exercitio iuriſdictionis ec
cleſiaſtice per Tres Menſes ſuſpenſum fore,Ac no
uiſſime pie memorie Leo Papa.X. etiam predeceſ
ſor noſter cum alias in publica ſignatura coram eo
nonnulle ſupplicationes propoſite fuiſſent continē
tes quod in Toletañ,& Cartagineñ,eccleſijs,ſub co
lore falſitatibus obuiandi condite fuerant Conſtitu

tiones Synodales quibus caueri dicebatur ut Tabelliones,& Notarij etiam a partibus requisiti litteras apostolices nullatenus recipere possent, nisi ille prius per Archiepiscopum Toletan.& Episcopū Cartaginen. pro tempore existentes, aut eorum officiales examinate forent & ab eodem Leone predecessore earundem Constitutionum confirmatio peteretur, petitionem huiusmodi uti ratione carentem cū Roman. Pontificis gesta per inferiores,& sibi subditos, sine eius speciali licentia examinari non deberet indecens,& absurdum quinimmo temerarium fore censens quod aliquis, quauis occasiōe litteras apostolicas sine Roman. Pontificis speciali commissione examinare uelle presumeret, Ac supplicationes ipsas, prout merito reiciende erant, reiecit,& coram eo lacerari fecit, Ac super hijs tale remedium adhibere uolens, ut alijs imposterum committendi similia aditus precluderetur, motu proprio,& ex certa scientia ac de apostolice potestatis plenitudine, litteras dicti Bonifacij approbauit,& innouauit, ac perpetue firmitatis robur obtinere, illasq; inuiolabiliter obseruari debere decreuit: Necnon quascūq; Constitutiones Synodales tam in dictis Toletan.& Cartaginen. quam quibusuis alijs ecclesijs per uniuersum Orbē constitutis super hijs factas motu, sciētia, auctoritate,& potestate predictis cassauit,& annullauit, ac statuit,& ordinauit, quod Iudices,& executores in litteris apostolicis pro tpe deputati, ac Notarij,& Tabelliones super hijs requisiti ipsas litteras apostoli

cas sine alicuius persone,cuiuscunq; ecclesiastice,uel mundane dignitatis esset licentia, uel consensu exeq possent,& deberent. Et isuper uniuersis Patriarchis, Archiepiscopis,Primatibus,Episcopis,& alijs prelatis,& personis ecclesiasticis:Necnon communitatibus Ciuitatum,& uniuersitatibus Castro℞,Oppidorum,terra℞,& loco℞ sub interdicti:Singularibus uero personis eo℞,etiam secularibus sub excommunicationis,& anathematis penis,quas eo ipso si cõtra fecissent absq; alia declaratione incurrerent, & a quibus non nisi ab eodem Leone predecessore uel successoribus suis,canonice intrantibus,preterquam in mortis articulo constitute,& debita satisfactione p̃missa absolui,& interdicti huiusmodi relaxationem obtinere possent in uirtute sancte obedientie districte precipiendo mandauit,ne Iudices,& executores litterа℞ apostolica℞,ac Notarios,& Tabelliones super hijs reqsitos quominus litteras apostolicas huiusmodi exequi possent quoquomodo impedire p̃sumerent,ac eos qui executionem littera℞ huiusmodi impedirent,seu impedientibus auxilium uel fauorem quouis modo directe,uel indirecte, publice, uel occulte prestare presumerent,etiam si patriarchali, Archiepiscopali,Primatiali,Episcopali,uel quauis alia ecclesiastica,uel mundana,etiam Imperiali,Regali,Reginali,aut Ducali,uel alia prefulgeant dignitate eidem excommunicationis,& anathematis sententie a qua nõ nisi,ut prefertur,absolui possent,subiacere,ac Ciuitates,terras,Castra,Oppida,& loca pre

dicta,ad que inobedientes,& contrafacientes decli-
nare,& in quibus moram trahere contingeret eccle-
siastico suppositi interdicto tamdiu firmiter obser
uando,donec compuncti corde interdicti huiusmo
di relaxationem debita satisfactione premissa me-
ruerint obtinere motu,scientia,auctoritate,& pote-
statis plenitudine similibus decreuit Necnon sub di
ctis penis etiam mandauit illis,in quorum libris Con-
stitutiões Synodales,& prouinciales huiusmodi de-
scripte reperiretur, ut eas ita deleri,& cassari face-
rent,ut amplius legi nõ possent,prout in singulis di
ctorum predecessorum desuper confectis litteris plenius
continetur. ¶ Cũ autem nobis summe cordi sit co-
natibus istorum,qui executionem litterarum,& mandato
rum apostolicorum,sic impediunt omnibus quibus cũ
deo possumus modis,uijs,& medijs obuiare quãuis
enim de presenti sint alias turbulentissima,& deplo
rando tpa,& in nõnullis partibus damnatissime he-
reses pullulent,tamen hijs temerarijs presumptioni
bus duximus necessario obuiandum, Nos igitur, q
sumus,licet immeriti,diuina prouidẽtia unicus spõ-
sus ecclesie sponse nostre,& non debemus nostrã,&
ipsius sponse nostre iustitiam negligere,qui alios in
sua iustitia confouemus,inducti eisdem rationibus,
qbus prefatus Martinus predecessor cum sacro Cõ
cilio predicto motus fuit,motu proprio,& ex certa
scientia,ac de nostra matura deliberatione,& de si-
mili potestatis plenitudine,singulas Bonifacij, Mar
tini,& Leonis predecessorum litteras huiusmodi,ac o-

mnia,& singula in eis co ntenta auctoritate apostoli=
ca tenore presentium approbamus,& innouamus,
plenamq; roboris firmitatem obtinere, ac perpetuo
inconcusse,& inuiolabiliter obseruari debere decer=
nimus. Necnon quascunq; Constitutiones prouin=
ciales,& synodales de non exequendo litteras apo=
stolicas sine Placito Ordinariorum locorum: & nisi ipse
littere sint prius per eosdem Ordinarios :seu eorum
Officiales,aut Sigilliferos,uel Commissarios uise,&
admisse in supradictis,& quibusuis alijs ecclesijs, ac
Ciuitatibus,Dioc.& Prouincijs per totum Orbem
terrarum cōstitutis,ut pfertur,editas,& factas,ac quo=
modolibet:etiam sub dicto colore obuiandi falsitati
bus,& fraudibus innouatas motu:scientia auctori=
tate,& potestatis plenitudine predictis:cassamus,&
annullamus,ac ex quibuscunq; libris ubi descripte
reperiūtur penitus cassari,& deleri sub dictis penis
mandamus,Necnon de nouo statuimus,& ordina=
mus quod Iudices,& executores in litteris apostoli=
cis pro tempore deputati,ac Notarij,& Tabellio=
nes super hijs requisiti ipsas litteras apostolicas li=
bere,& sine alicuius persone cuiuscunq; ecclesiastice,
uel mundane dignitatis fuerit:licentia,uel consensu
exequi possint,& debeant. Et nihilominus uniuersis
patriarchis,Archiepiscopis:primatibus:Episcopis:
locorum Ordinarijs,eorum Officialibus, Sigilliferis,
& Commissarijs,ac alijs personis tam ecclesiasticis,
quam secularibus, quauis auctoritate fulgentibus;
Necnon communitatibus Ciuitatum,& uniuersita

tibus Castrorum, oppidorum, terrarum, & locorum in uirtute sancte obedientie, ac sub excommunicationis, & anathematis pena in eorum singulos quam si contrafecerint eoipso, etiam absque alia declaratione desuper facienda, incurrant, & a qua non nisi per nos aut successores nostros canonice intrantes, etiam pretextu quorumcunque priuilegiorum apostolicorum eis etiam per nos quomodolibet concessorum, aut innouatorum, que eis quo ad hoc nullatenus suffragari uolumus, preterquam in mortis articulo constituti, & debita satisfactione preuia, absolui possint, districtae precipiendo mandamus ne Iudices, & executores litterarum apostolicarum, ac Notarios, & Tabelliones super hijs pro tempore requisitos quominus litteras apostolicas huiusmodi libere, & absque eorum Placito, licentia, & consensu exequantur: quouismodo impediri presumant. Nos enim omnes illos, qui executionem litterarum ipsarum apostolicarum impediuerint, seu impedientibus auxilium, consilium, uel fauorem directe, uel indirecte, publice, uel occulte, aut quouis quesito colore presumpserint, etiam si Patriarchali, Archiepiscopali, Primatiali, Episcopali, & quauis alia ecclesiastica, uel mundana, etiam Imperiali, Regali, Reginali, Ducali uel alia dignitate profulgeant per alias nostras litteras in Die Cene domini publice lectas excomunicauimus, & anathematizauimus, prout etiam tenore presentium eos eidem excommunicationis, & anathematis sententie, a qua non nisi, ut prefertur, absolui possint subiacere, ac Ciuitates, terras, Castra,

Oppida,& loca,in quibus dicti inobedientes,& contrafacientes manserint,& ad que eos declinare contigerit ecclesiastico suppos ita esse interdicto tamdiu firmiter obseruando donec ad cor reuersi interdicti huiusmodi relaxationem debita satisfactione premissa meruerint a nobis:aut dictis successoribus nostris obtinere:Necnon omnes,& singulas sentẽtias, censuras,& penas,quas dicti Ordinarij,aut eorum Officiales contra huiusmodi Iudices,& executores litterarum apostolicarum,aut illas impetrantes,seu Notarios,& Tabelliones propter executiones per eos factas,uel faciendas inflixerunt,& promulgarunt, aut in futurum quomodolibet infligent,aut promulgabũt,irritas,& inanes,ac nullius roboris,uel momẽti existere eisdem motu,scientia,auctoritate,& potestatis plenitudine decernimus & declaramus. Quo circa dilecto filio Curie causarum Camere apostolice generali Auditori auctoritate,& tenore predictis motu simili committimus & mandamus:ut si: & quando:ac quotiens de cetero ad eius notitiam per delationem partis:cuius interest:uel fisci nostri:seu famã publicam:aut alias quouis modo deducatur dictos Ordinarios:seu eorum officiales:Sigilliferos:& Commissarios:aut quo:suis alios:seu aliorum aliquẽ dictis Constitutionibus:ut prefertur:cassatis:& annullatis adhuc pertinaciter uti:& illas ex eorum libris non deleuisse:seu ipsos Iudices:& executores litterarum apostolicarum:ac Notarios:& Tabelliones super hijs requisitos quominus easdem litteras apostolicas libere &

abſq; eoꝝ placito:uiſione:uel admiſſione exequatur quoquomodo impediant:ſeu impedietibus premiſ ſo:uel alio quouis modo auxilium:conſilium:uel fa uorem preſtent:habitis:& receptis prius per eum de ſuper aliquibus probationibus ad inſtantiam par/ tis:uel fiſci:uel etiam ex mero officio etiam ſumma rie:& extra iudicialiter quātum ſibi ſufficere uidebi tur eoſdem ordinarios:eorum Officiales:& Sigilli/ feros:& Commiſſarios:ac quo ſuis alios ī premiſſis culpabiles:& eoꝝ ſingulos:etiam nominatim : & in ſpecie:ad inſtantiam partis : uel fiſci predictoꝝ uel etiam ex ſuo mero officio:prout ſibi uidebitur ma/ gis expedire uigore preſentium peremptorie mone/ at:& requirat:ac moneri:& requiri faciat etiam per edictum publicum in locis affigendum publicis : & partibus illis uicinis:de quibus ſit ueriſimilis conie/ ctura quod ad ipſoꝝ monitoꝝ notitiam peruenire ualeat ad comparendum legitime coram eo īfra ter minum arbitrio ſuo eis prefigendum per ſe:uel pro curatores idoneos:& ſi ſibi uidebitur quo ad Offi/ ciales:& Sigilliferos:ac Commiſſarios:& alios infe/ riores:etiam perſonaliter:& non per procuratorem: ſub priuationis omnium:& ſinguloꝝ beneficioꝝ: & Officioꝝ eccleſiaſticoꝝ per eos obtentoꝝ:& ad illa: & queuis alia obtinenda:& eoꝝ officia:& alios quoſ cūq; actus legitimos exercendum inhabilitatis pe/ nis eoipſo ſi non paruerint incurrendis:& ſe de pre/ miſſis legitime excuſandum:& quo ad Officiales: & Sigilliferos:ac Commiſſarios aliter quam quod iuſ

su dominorum suorum id fecerint cum hoc casu teneantur nobis tanq̃ maiori potestati obedire: non autẽ eorum dominis tanquã minori potestati nobis subiecte quoquidẽ termino elapso:& dictis monitis modo premisso non comparentibus.uel etiam comparentibus sed se non sufficiẽter:uel minus legitime excusantibus:eos omnes:& singulos etiam nominatim:& in specie quacũq; appellatione:uel exceptione remota pro excommunicatis:& anathematizatis : ac Ciuitates:Castra:Oppida,& loca in quibus manserint:& ad que eos declinare contigerit similiter nominatim:& in specie pro ĩterdictis ubi locorum publicari:& denuntiari faciat : ipsosq; Officiales : Sigilliferos:& Commissarios:ac alios inferiores dictã priuationis penam damnabiliter incidisse:& eorum beneficia:& officia tanq̃ per priuationem huiusmodi tam de iure:quam de facto uere uacantia a nobis & dicta sede dumtaxat libere ĩpetrari posse:ac eos ad illa & queuis alia beneficia:& officia ecclesiastica obtinenda : ac eorum officia:& quoscunq; alios actus legitimos exercendum penitus inhabiles perpetuo fore auctoritate nostra declaret: litterasq; desuper necessarias:& opportunas suo sub Sigillo quibusuis petentibus det:& concedat:Non obstãtibus premissis:ac Constitutionibus:& ordinationibus apostolicis:necnõ omnibus illis que Bonifacius:Martinus:Ac Leo predecessores prefati indictis suis litteris uoluerunt non obstare contrarijs quibuscunq;. Aut si aliquibus communiter:uel diuisim ab eadem

sit sede indultum: quod interdici: suspendi uel excõmunicari: aut eorum loca ecclesiastico interdicto supponi non possint per litteras apostolicas non faciẽtes plenam: & expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Quod quidem indultum decernimus eis quacũque auctoritate muniti sint contra premissa in aliquo suffragari non posse quominus ipsi huiusmodi sententijs: & penis subiaceant: & dicta loca ecclesiastico iterdicto supposita existãt: Vt autem presentes littere ad omnium notitiam reducantur uolumus: & mandamus eas in Cãcellaria apostolica publicari: & in Quiterno eiusdẽ Cancellarie describi, & prefatum auditorem lapsis Duobus mensibus post publicationem huiusmodi ad illarum executiõem modo premisso procedere posse decernimus, & declaramus, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbationis: innouationis: cassationis: annullationis: statuti: ordinationis: declarationis: uoluntatis: mandatorum & decretorum infringere: uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit idignationem omnipotentis dei: ac beatorũ Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum: Anno Incarnationis Dominice. M. D. XXXIII. Quarto kl. Ianua. Pontificatus nostri Anno Vndecimo.

Letta. X. Ianuarij.

B. Nota.

sit sede indultum: quod interdici:suspendi uel excō-
municari:aut eoꝶ loca ecclesiastico interdicto sup-
poni non possint per litteras apostolicas non facië-
tes plenam:& expressam ac de uerbo ad uerbum de
indulto huiusmodi mentionem. Quod quidem in-
dultum decernimus eis quacūqȝ auctoritate muniti
sint contra premissa in aliquo suffragari non posse
quominus ipsi huiusmodi sententijs:& penis subia-
ceant:& dicta loca ecclesiastico iterdicto supposita
existāt:Vt autem presentes littere ad omnium noti
tiam reducantur uolumus:& mandamus eas in Cā
cellaria apostolica publicari:& in Quiterno eiusdē
Cancellarie describi,& prefatum auditorem lapsis
Duobus mensibus post publicationem huiusmodi
ad illaꝶ executiōem modo premisso procedere pos
se decernimus,& declaramus,Nulli ergo omnino ho
minum liceat hanc paginam nostre approbationis:
innouationis:cassationis:annullationis:statuti: ordi
nationis:declarationis:uoluntatis: mandatorum &
decretoꝶ infringere:uel ei ausu temerario contraire.
Siquis autem hoc attemptare presumpserit idigna
tionem omnipotentis dei:ac beatorū Petri & Pauli
Apostoloꝶ eius se nouerit incursuꝶ. Dat. Ro
mæ apud Sanctum Petrum : Anno Incarnationis
Dominice.M.D.XXXIII. Quarto kl. Ianua.
Pontificatus nostri Anno Vndecimo.

Letta.X.Ianuarij.

B.Nota.